

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio u
cum fonte primo

Iustum est
ut quos culpa similis inquinat, par eciam
pena constringat; et qui nequaquam
dispari sunt iniquitate polluti,
nequaquam tormento crucientur dispari,
quatinus similis dampnatio conterat
quos simul elatio subleuabat.

Gregorius libro IX. moralium.

Sed nimirum fasciculos ad
comburendum ligare est hos qui aeterno
igni tradendi sunt pares paribus sociare,
ut quos similis culpa inquinat, par etiam
poena constringat; et qui nequaquam
dispari iniquitate polluti sunt
nequaquam dispari tormento crucientur,
quatenus simul dampnatio conterat
quos simul elatio subleuabat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9, 65
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.526,
ll.47-52).